

Sermo

apparent hominibus speciosa. intus vero plena sunt ossibus mortuorum et omni spurcicia. **Matth. xxij.** Sic primo de religiosis qui ad extra portant habitus honestatis. sed intus pleni sunt omni dolo. Idem de presbyteris ad extra portant suppellicium albu sed intra est corruptibilitas. Idem de laicis tam viris quam mulieribus. **Primum** ergo quod est faciendum si mortuus scilicet spiritus debet suscipi est aperire sepulcrum quod sit in oris confessione scilicet tollere lapidem magnum et durum et verecundie. **Quot** sunt qui nolunt istum lapidem amovere. nec sepulcrum aperire ad clare profitendum peccata. et volunt palliare peccata ut mulieres. **Idem** plures damnantur ex hoc. **Ecce** quare christus dixit. tollite lapidem. **Respondit** martha. domine fetet. quadriduanus est. id est. peccauit cogitatione. locutione. opere. et obmissione. et tantum exhibet fetor quod omnes claudebant sibi nasum nisi christus qui stabat ac si nihil sentiret. in quo instruitur confessorum quod quando audiunt peccata fetida et graua non ostendant fastidium. nec expuendo. nec suspirando ne peccator verecundetur et non audeat dicere peccata dicendo. quod faceret si dicerem aliqua peccata maiora sed debet audire patienter et cooperire faciem. et ipse animare ut dicat peccata et non verecundetur. **Idem** dicit scriptura confessori **Deut. xxij.** Non abominaberis idumem. id est. peccatorem sanguinolentum. quia frater tuus est. nec egyptium. id est. peccatorem tenebrosu. quia fuit peccator. **Idem** apostolus. **Debe** mus nos firmiores imbecillitates infirmorum sustinere. **Roma. xv.** Et de illis qui profitentur peccata eorum clare potest dici illud. sepulcrum patens est guttur eorum. **ps. v.** **Secunda** cerimonia fuit quando christus post apertionem sepulcri orauit. in quo ostendit quod facta confessione confessor debet orare dicendo. **Miserere** tui omnipotens deus etc. absolutionem etc. **Domine** ihesu christe etc. et sic cor peccatoris disponitur ad contritionem et ad bonum propositum abstinendo a peccatis. **Ja. v.** Confitemini alterutrum peccata vestra scilicet laici presbyteris et orate pro inuicem ut saluemini. **Tertio** christus clamauit voce magna lazare veni foras. extra monumentum quod est ad corpus. et extra infernum quod est ad animam. **Sic** peccator ad vocem confessoris penitentiam iniungentis debet exire foras extra dimittendo peccata. quia alius non est absoluendus. et anima exit extra infernum cui obligabatur pro culpa si seruat penitentiam alius non. **vnde** **Luc. xij.** dico vobis nisi penitentiam habueritis omnes simul peribitis. **Quarta** cerimonia christus dixit. soluite eum hec solutio fit a confessore quando absoluit peccatorem dicendo auctoritate domini nostri ihesu christi. et nobis commissa ego te absoluo etc. **vnde** de hac solutione dicitur confessoribus. **Quodcumque** solueritis super terram scilicet vos confessores. erit solu-

tum et in caelis. et quodcumque ligaueritis super terram erit ligatum et in caelis. **Matth. xvj.** hec ligatio est iniunctio penitentiae. **Quinta** cerimonia. **Sinite** eum abire sic. scilicet si penitens non potest portare magnam penitentiam date ei paruum. quia melius est cum parua penitentia remittere ad purgatorium quam cum magna ad infernum. et hoc dicitur contra illos confessores. qui nimis magnam penitentiam iniungunt. de quibus dicitur **Matth. xxij.** alligant onera graua et importabilia humeris hominum. potest etiam aliter intelligi sic. **Multi** sunt soluti a confessore et a vinculis peccatorum qui non sinunt abire ut complerent penitentiam. quia vir impedit uxorem et conuerso socius socium. et pater filium. et conuerso nullus debet impedire penitentiam alterius nisi forte esset preiudicatum quibus dixit christus: **ve** qui clauditis regnum celorum ante homines vos non intratis nec introeuntes finitis intrare. **Matth. xxij.**

Subbato post Letare.

Sermo apprehendit eum. quia nondum venerat hora eius **Joh. viij.** **Sanctum** euangelium hodie num continet unam magnam disputationem quam habuit christus cum iudeis in qua christus posuit veram conclusionem. **Contra** quam iudei arguunt per contradictionem. replicant per inuasionem volentes christum capere. **Sed** dicit thema quod nemo apprehendit eum etc. **Dico** primo quod in dicta disputatione christus posuit veram conclusionem dicens coram populo. **Ego** sum lux mundi qui sequitur me non ambulat in tenebris sed habebit lumen vite. **hec** conclusio habet tres partes. **Prima** quod christus in dicta conclusione ponit tres excellentias legis euangelice supra legem moysaycam. scilicet in generalitate. in claritate. et in utilitate. **Prima** excellentia legis euangelice est in generalitate siue vniuersalitate. **Quonia** lex moysi particularis fuit. quia solus fuit data particulari et certo populo scilicet filiis israel. quia alie gentes mundi non obligabantur ad dictam legem nec peccabant non seruando illam legem. **Ratio.** quia illa lex fuit solum data in populo ex quo deus promissit abrae ysaac et iacob quod messias in quantum homo descenderet ab eis. et ergo illam generationem voluit priuilegiare. ordinare. instruere. et reformare. **Idem** de eis precepta ceremonialia ut essent bene ordinati erga primum. et iudicialia et moralia ut essent bene dispositi erga deum et seipos. **Idem** dauid dicit. **Qui** annunciat verbum suum iacob iusticias et iudicia sua israel. nota vobis illud de quo **Joh. j.** Verbum caro factum est. et iusticias et iudicia sua israel scilicet populo iudaico. **Non** fecit taliter omni nationi et iudicia sua non manifestauit eis. alijs scilicet a iudeis. **ps. cvij.** **Ecce** hoc particularitas

Sabbato post Letare

Illius populi. Sed lex euāgelica generalis est et vniuersalis. quia omnibus populis gentibus et nationibus data est. Nam Iesus christus in quōtū homo esset nasciturus et illo populo israel. tamē veniebat ad saluandū non solum populū iudeorū sed omnes sibi obedientes et credentes intm̄ q̄ data lege euangelica nullus potest saluus fieri nisi in ista lege cum tamen multi sine lege mosaica saluarentur vt patet d̄ Job et multis alijs. de hac generalitate legis euāgelice dixit deus pater filio. Pax est vt sis mihi seruus ad suscitādū tribus iacob et feces israel cōuertendas dedi te in luce gentium vt sis salus mea vsq̄ ad extremum terre. Esa. xlix. Hanc excellentiam generalitatis tāgit christus cum dicit. Ego sum lux mundi non solum vnius populi et vnius terre scilicet pmissio nis sed totius mundi. Joh. i. Erat lux vera que illuminat omnē hominē etc. Sed moyses poterat dicere. Ego sum lux huius populi. Secūda excellentia legis euangelice supra legem moysi est claritas. lex moysi obscura erat. q̄ nihil ostēdebat clare de deo nisi q̄ erat vnus deus. quia hoc etiam philosophi ostēderunt naturalit̄. Et de trinitate psonarū et de incarnatione verbi et huiusmodi obscure et figuratiue loquebat. Idē de christi passione et resurrectione. quam obscuritatem figurauit moyses. Exo. xxxiiij. q̄ moyses descendit de mōte portans duas tabulas p̄ceptorū. vbi dicit textus q̄ facies ipsius moysi apparuit cornuta ex duobus radijs luminis p̄pter quod moyses habuit velare faciem suā. et facie cooperta moyses publicauit lege signifiās q̄ totum erat obscurum et figuratiuū. Idō dicit dauid. Nescierunt scilicet secreta ad christi diuinitatem p̄tinentia. Nec intellexerūt scilicet secreta humanitatis christi. in tenebris ambulāt. ps. lxxxj. Et lex euāgelica clare loquitur et dicit q̄ ille deus vnus est tres p̄sone realit̄ distincte. i. Joh. i. Tres sunt qui testimoniū dant in celo. pater. verbum. et sp̄s sanctus. et hi tres vnum sunt. Item clare dicit q̄ persona filij fuit incarnata. ad Gal. iij. dicit apostolus. vbi venit plenitudo temporis misit deus filiū suū factum ex muliere factū sub lege vt eos qui sub lege erat redimeret. Idē de passione. resurrectione. ascensione. et de sacramento altaris clare dicit. Caro mea vere est cib⁹ et sanguis meus vere est potus etc. Joh. vi. De ista claritate dicebat christus in secundā parte cōclusionis. Qui sequitur me scilicet tenendo lege euangelicā non ambulat in tenebris sicut populus iudaicus. Et fuit cōpleta p̄phetia Esa. ix. Populus q̄ ambulabat in tenebris vidit lucem magnam scilicet legis euāgelice que illuminat totū mundū. Tertia excellētia legis euangelice ē vtilitatis quam scilicet dat tenentibus et seruantibus eam quia lex moysi dabat seruantibus eam solum vtilitatem tēporalem et terrenam. quia nullā p̄mis-

missionē inuenietis in ipsa de glia paradisi. s̄ omnes p̄missiones sunt de isto mūdo vt patet Deut. xxvii. ad longū. Esa. j. Si volueritis et audieritis me bona terrena comeditis. sed lex euangelica non p̄mittit terrena. imo dicit vt despiciam⁹ ea q̄ non curemus d̄ honoribus diuitijs nec delectijs. quia non sunt nisi fumus. Et p̄mittit gloriam celestem omnibus generibus p̄sonarum. P̄m̄o pueris baptisatis innocentibus. quia nondū fecerūt aliq̄d peccatū dicēs. Sinite pueros venire ad me. q̄ talium est regnū celorū. Matth. xix. Secūdo adultis si volūt seruare obedientia dicens. Qui facit volūtatem patris mei hic intrabit in regnū celorū. Matth. vij. Tertio peccatoribus q̄ volunt facere penitentiā di. penitentiā agite appropinquabit enī regnū celorū. Matth. iij. Quarto morientibus p̄ iusticia manūtenēda dicens. Beati qui p̄secutionem patiuntur p̄pter iusticiam quoniā ipsorū est regnū celorum etc. Matth. v. Quinto diuitibus si volunt facere operam misericordie dicēs. Beati misericordes quoniā ipsi misericordiā cōsequentur etc. Matth. v. Sexto paupibus si volunt habere patientiā dicens. Beati paupes spiritu quoniā ipsorū est regnū celorū. Matth. v. Septimo caste viuētib⁹ amore christi dicēs. Sūt eunuchi q̄ castrauerunt se scilicet gladio discretiōis scindendo occasionē peccatorum familiaritates et oportunitates abscindendo a delectijs carnalibus cib⁹ et potus et aliorū. Matth. xix. Octauo omnibus vtilitibus simpliciter di. Nolite timere pusill⁹ grex quoniā placuit patri vestro dare vobis regnū. Luc. xij. De hac vtilitate dicit christus in tertia parte cōclusionis de illo qui seruat legem euangelicā q̄ habebit lumē vite scilicet eterne glorie. de qua dauid. Quoniā apud te est fons vite vt scilicet essēcia diuina que est fons vite: et in lumine tuo scilicet legis euangelice videbim⁹ lumen scilicet gloriā. ps. xxxv. Populus autē simplex gratiose audiebat et recipiebat doctrinam christi. sed doctores et pharisei cum spiritu contradictionis arguūt per cōtradictionē cōtra cōclusionē christi dicētes Tu testimoniū de te ipso p̄hibes testimoniū tuum nō est verum. Hoc argumentū fundatur in iudicio hūano in quo nō creditur homini loquenti pro se. sed bene loquenti contra se vt quādo reus dicit. ego occidi eum etc. Tunc iudex de ore tuo te iudico serue neq̄. Luc. xix. De hoc habetur. ij. Regl. j. vbi legitur de morte saul qui impēgit in ense etc. et q̄d vidēs quidam volens complacere et adulari dauid. cui saul inimicabatur vt haberet ab ipso aliquid venit ad dauid dicens sibi q̄ rex saul erat mortuus. Qui dixit dauid. quomodo hoc scis? respōdit ille. quia ego occidi eum. ad quē dauid. quare non timuisti mittere manū tuā in christū domini? Os enī tuum locutum est aduersum te. et fe-

Sermo

cit illum occidere. quia ipse loquebatur contra se. **I**do dauid credidit et contra eum sententiam protulit. **S**ed in iudicio diuino scilicet confessione iudex scilicet confessor tenetur credere peccatori loquenti pro se et contra se. quod non fit in iudicio humano nisi solum loquentibus contra se. **I**do doctores illi arguendo contra christum dixerunt. Tu de te ipso testimonium perhibes scilicet in iudicio humano. et hoc ideo dixerunt. quia ipsi erant iudices. quasi diceret. Si dixisses contra te nos credidissetus tibi. sed quia dicis pro te in fauorem tui. ideo testimonium tuum non est verum. Ad istud argumentum christus respondit probando tripliciter testimonium esse verum. **P**rimo quia sibi soli et nulli alteri pertinebat dare testimonium de se ipso. quia quando deus antiquitus mittebat aliquem prophetam deus secrete apparebat sibi dicens quod iret ad talem locum. quis ergo potest de hoc facere testimonium nisi ipsemet propheta dicens ego sum nuntius dei. sicut si rex in camera sua secrete faceret aliquem gubernatorem huius civitatis dando sibi plenam potestatem et litteras. Quando ergo gubernator testificaret de se dicens. ego sum gubernator. ecce hec littera regis suo sigillo signata oporteret sibi credere. Et ita fecit **J**ohannes baptista cui dominus secrete commisit officium predicationis et baptismi regis messie. de quo ipsemet dabat testimonium de se dicens. Qui misit me baptizare ille mihi dixit super quem videris spiritum descendente et manente hic est qui baptizat in spiritu sancto. Et ego vidi et testimonium perhibui. **J**oh. 1. ostendens litteram nuncij dicens. **E**go vox clamantis in deserto. sed quo modo probavit **J**oh. quod ista littera esset de se. et quod sigillo esset sigillata. **R**espondeo ex euidencia facti. quod nunquam fuit aliquis qui predicaret de deserto nisi ipse. **I**dem de domino iesu christo quem deus pater misit ad dandam legem euangelicam nouam quem deus pater secrete in aula ueteris uirginalis fecit redemptorem et legislatorem. de hoc fecerat iam litteras et instrumenta ipsos scilicet prophetas autoritas. **H**uic omnes prophete testimonium perhibent. **A**ct. 1. Sigillum uita sua sanctissima et doctrina altissima et miracula a dei potentia facta. **I**deo oportebat quod ipsemet testimonium daret. quod nullus alius hoc sciebat. **I**deo dicebat ipse. Si pro quia. ego testimonium perhibeo de me ipso testimonium meum verum est. **S**cio unde ueni et quo vado. **S**ecundo probat christus testimonium suum verum esse ex malo iudicio ipsorum iudeorum qui iudicabant de christo secundum carnem. **J**udei autem ex una parte cogitabant diuinum et summam excellentiam regis messie et potentiam. de hoc dauid. Et dominabitur a mari usque ad mare et a flumine terminos orbis terrarum. ps. lxxj. **I**tem **D**aniel. vij. dedit ei potestatem honorem et regnum et omnibus populis tribus et lingue seruiet ei potestas

ei potestas eterna que non auferetur et regnum eius quod non corrumpet. **S**ed hoc intelligitur spiritualiter de sanctitate. quia christus dixit pylato. **R**egnum meum non est de hoc mundo. **J**oh. xvij. Et illud regnum intelligitur post diem iudicij. Et ex alia parte cogitabant de christo cuius filius erat. quia ut putabatur filius **J**oseph et pauperis uirginis marie propter quod iudei ipsum despiciebant. **I**deo dixit christus eis. vos secundum carnem iudicatis. ego non iudico quemquam secundum carnem. imo minores secundum carnem multum exaltabat in veteri testamento. ut patet de **J**acob seruo et pastore **L**aban. et de **M**oyse pastore ouium quem fecit ducem populi israel. **I**tem de dauid pastore qui fuit minimus inter fratres suos quem exaltauit super omnes fratres suos in regem. 1. Regum. xvj. **I**tem de **A**mos pastore quem exaltauit in prophetam. **I**tem de nouo testamento quot doctores et magistri litterati erant discipuli sui et nullum ipsorum exaltauit nisi **P**etrum piscatorem quem constituit in vicarium suum. **I**tem de **P**aulo tam magno persecutore ecclesie quem exaltauit et fecit ipsum fidelem predicatorem. **E**cce quare dicit. vos secundum carnem iudicatis. ego non iudico quemquam. Et si iudico ego. iudicium meum verum est. **E**go sum qui testimonium perhibeo de me ipso. et testimonium perhibet de me qui misit me pater. **I**do apostolus. **V**idete uocationem uestram. quia non multi sapientes secundum carnem. non multi potentes. non multi nobiles. sed que stulta sunt mundi eligit deus ut confundat sapientes. et infirma mundi eligit deus ut confundat fortia. et ignobilia mundi et contemptibilia elegit deus et ea que non sunt scilicet in reputatione. 1. **C**orinth. 1. **M**oraliter hic habent doctores iudices ne iudicent secundum carnem cogitantes quod ille est pater vel mater. soror vel frater. et quod in suis iudiciis deus habeat obiecta inter presentem se iudicando iustum iudicium et uerum. **I**do **D**auid dicit. **S**i uere uis iusticiam loquimini. scilicet legendo vel disputando leges vel canones consuetudines et priuilegia. recte iudicate. **U**nde. et in alio psalmo dicitur. **B**eati qui custodiunt iudicium et faciunt iusticiam in omni tempore. **N**am actus iudicij et autoritas iudicandi est quedam potestas collata hominibus a deo qui in hoc tenet locum et uices dei. et ideo in iudicando in quantum possunt debent eum imitari. **U**nde et in veteri lege scriptum est. **B**eni. 1. **A**d iustum est iudicare. dei enim est iudicium. **I**psi namque de suis iudiciis deo iudici rationem sunt reddituri. et secundum merita eorum gloriam vel penam recepturi. propterea dicit **S**ap. vj. **D**iscite iudices finium terre. probete aures uos qui pertinetis multitudines. et placetis uobis in turbis nationum. quoniam data est a domino potestas uobis etc. **E**t paulo post ratio subiungitur. **Q**ui enim in quantum custodierint iusticiam iuste iudicabunt. id est secundum opera eorum remunerabunt. **R**ecte igitur iudicate

Dominica Iudica

scilicet in opere. vt si iusticia est pro iudeo vel agareno vl' paupere non iudicetis p matre vel patre vl' amico. **I**do de bono iudice dicit **Esa.** xj. **N**o fm visionem oculoru iudicabit. **I**do dixit rex **Iosaphat** suis iudicib'. **V**idete quid faciatis. non eni hominis iudiciu exercetis sz domini. **E**t qdcunq; iudicaueritis in vos reduda/bi. **ij.** **Paral.** xix. optimam regulam dedit eis.

Secundo nota moraliter cu dicit. **S**i iudico. id est. quia iudico ego. iudiciu meum verum e. **S**i in aliquo iudicio pot ee simul aliquis iudex et testis **R**espõsio q non in iudicio humano. sed bene in iudicio diuino. quoniaz pprium est dei q sit iudex et testis. quia scit omnia secreta et inreriora cordium que in iudicio humano non iudicatur. **1**iere. xxix. **E**go sum iudex et testi dicit dominus. **M**odus ponit **Malach.** iij. **E**go accedam suple vt iudex. et ero testis velox malefici adulteris. piuris. et qui caluniantur mercedem mercenarij et humiliat viduas et pupillos. et opprimunt peregrinos non timent me dicit de' vbi ponit septem peccata que comuniter sut secreta **P**rimum est maleficoru. id est. diuinoru qui singulariter dicuntur malefici. eo q nocent toti comunitati in qua sustinent non corrigunt sed comuniter tale peccatu fit secreta. quia timent inq; sitozes. **I**do dicit deus. quia ego qui totuz scio et vidi: ero testis peccatoz. quia no oportebit facere magnum pcessum. **S**cdm peccatu e adulterium qd etiã fit secreta. qz nolunt habere testes. sed christus erit iudex et testis. **T**ertiu est piurium qd fit de negotio secreto quando aliter non potest haberi vitas nisi per sacramentuz. cõtra tales xps in iudicio erit testis. **Q**uartu est illoz qui caluniant mercedem mercenarij. id e. detinet **Q**uintuz illoz qui humiliant viduas et. quia ipse pater orphanoru est et viduaz. ergo erit iudex. **S**extum est illoz qui opprimunt pegrinu. i. deuotu q non curat de mudo. s vt transeat et totam suam affectionem habet in celo. **S**eptimũ est illoz qui non timent deũ. hoc peccatu secreta i corde consistit. sed de' erit iudex et testis q faciet iusticia de omnib'. **T**ertio pbauit christ' testimoniũ esse veruz. et iudei tenebant sibi credere fm legem moysi dicentis. **Q**u in ore duozũ vl' triũ testiũ stat omne vbum vel testimoniũ. **S**i steterit testis mendax ptra hoiem accusans eum preuaricationis stabunt ambo quoz causa est ante dominũ in conspectu sacerdotum et iudiciũ qui fuerint in diebus illis. **D**euf. xix. **C**ũ ergo duo testimoniũ perhibet de me. scz ego et pater q misit me. **I**do tenemini mihi credere indubitanter **T**estimoniũ dei patris patuit in matris sue desponsatione in xga **I**oseph que floruit. **E**t i natiuitate domini nostri ihu christi de nocte q clarruit de angelo qui pastorib' apparuit de stella q tres magos pduxit. **D**e baptismo christi i quo

vox patris intonuit. **I**do christ' domin' noster dixit iudeis. **I**n lege vestra scriptum est q duo rum hominũ testimoniũ verum est. ego sum qui testimoniũ perhibeo de me et testimoniũ perhibet d me qui misit me pater. **T**ertio iudei repli cant per inuasionem dicentes sibi. vbi est pater tuus. et hoc dixerunt p tanto. quia christus dixerat q non erat solus. sed pater qui miserat ipsũ erat cum eo. **I**udei autẽ credentes q non haberet alium patrem nisi **I**oseph inuadẽdo eum dixerunt sibi. vbi est pater tuus. quasi diceret. habes ipm sub clamide. **R**espõdit christus dicẽs. neq; me scitis. neq; patrez meũ scitis. si me sciretis forsitan et patrem meum sciretis. christus inq; tum deus non cognoscebat a iudeis. quia no credebant ipm esse deum obliuioni tradetes pphetas qui dicunt ipm esse deum. **Esa.** ix. **F**ili' datus e nobis et fact' est pncipatus ei' super humerum eius. et vocabif nomẽ eius admirabilis cõsiliarius deus fortis. **I**tem abachuc q vocat ipm iesum. id e. saluatozem. **E**go autẽ in domio gaudebo et exultabo in deo iesu meo. **A**bachuc iij. **S**i nõ fuisset deus non potuisset saluare nec seipm nec alios. **I**do dixit. neq; me scitis. nõ solum inq; tum deus. sed etiam inq; tum homo. qz credebant ipm esse genitum ex viro et muliere.

Rota hic quattuor ppagationes. **P**rima fuit sine viro et muliere. vt adam. **S**ecunda fuit d viro sine muliere. vt eua. **T**ertia de viro et muliere vt comuniter fit **Q**uarta de muliere sine viro vt generatio christi. de qua dicit christus abrae **G**eneratione quarta reuertetur huc. scilicet in paradiso **Gen.** xv. **D**icunt iudei ceci q in quarta generatione debebant redire in terram pmisionis. **E**cce quare dicit. **S**i me sciretis forsitan et patrem meuz sciretis. **S**z quare dicit forsitan dubitatie. quia qui cognoscit christum in hoc mundo per fidem etiam ex necessitate cognoscit patrem ppter regulam correlatiuoru. que posita se ponunt et. **E**t in celo qui cognoscit filiũ cognoscit et patrem. quare dicit forsitan. **R**espõdeo q cognitio dei est duplex. vna per fidẽ. alia per gliam. que si recipiantur vniformit nõ oportet dicere forsitan. quia qui cognoscit christũ p fidem etiaz cognoscit patrem. **I**de de cognitio/ne glorie. **Q**ui cognoscit filium in gloria. etiam cognoscit patrem. **S**z intelligit. **S**i me sciretis. scilz hic per fidem. forsitan et patrem meũ sciret/sez in alio mundo per gliam. quia lz essent mali tamen poterant couerti. multi cognoscunt christũ in hoc mundo qui tamen nunq; cognoscent patrem in alio mundo per gliam ppter vertibilitatem liberi arbitrij. quoniam fides sine operib' nõ saluat hoiem. **I**ac. ij. **Q**uid pderit frẽs mei si fidẽ qd dicat se habere. opera autẽ nõ habeat. nõ qd poterit saluare eũ. qsi dicet. nõ et. **I**udei autẽ pfusi nõ poterat ampli' arguere nec rindere

Sermo

sed voluerunt ipsum capere. sed dicit thema qd ne
mo apprehendit eum. Ratio. quia nondum vene-
rat hora eius. scilicet ordinata a sancta trinitate. **S**
in nocte passionis dixit. surgite eam hinc. quia
venit hora. **M**atth. xxiii. **L**uc. xxii. Ecce finis
disputationis. **M**oraliter in hoc qd christus ser-
uare voluit horam ordinatam ostendit nobis chris-
tus vt seruemus tempus et horam ordinatam ad
laborandum et quiescendum. **T**empus et hora ordina-
ta ad laborandum est feria sancta tertia quarta etc. **T**e-
pus et hora ordinata ad quiescendum est domini-
ca. **M**emento vt diem sabbati sanctifices. **S**ex
diebus operaberis et facies omnia opera tua. septi-
mo autem die sabbatum domini dei tui est. non fa-
cies in eo omne opus. **E**x. xx. **N**ota sex diebus
operaberis. **D**ic protra illos que custodiunt dies
egyptios contra preceptum dei. sex dies opera-
beris. **N**ota si vis alium introitu frimonis dicere
do sic. Sanctum euangelium continet tres doctrinas
christi. excellentes. **P**rima est doctrina instructiva
alte. **S**ecunda est doctrina responsiva apte. **T**ertia est
doctrina reprehensiva iuste.

Dñica Iudica sermo.

Quis ex vobis ar-
guet me de peccato. **J**ohis. viij. **S**er-
mo noster erit de sancto euangelio ho-
dierno huius dominice et continet vnam solenez
et strictam disputationem que fuit inter christum
ex vna parte. et principes iudeorum et doctores le-
gis ex alia. **S**ed primo salutetur **M**aria. **Q**uis
ex vobis etc. **P**resens dominica dicitur que inti-
tulat dominica in passione domini non quod ista die
fuerit passus. sed quia hodie sancta ecclesia que per
totam quadragesimam preteritam fecit officium peni-
tentie. hodie incipit officium de passione domini
propter duas rationes. **P**rima ex parte christi. **S**e-
cunda ex parte nostri. **Q**ui ad primum. quia ho-
die iudei congregati in consilio generali in ciuitate
hierusalem determinauerunt. diffinierunt. et con-
cluserunt quod christus moreretur. quia totus mundus
conuertebatur ad christum. propter magnam miraculorum
quod fecerat in suscitacione lazari quadriduani fe-
stidi et corrupti. **D**e quo dicit **A**ugustinus quod narrabat
que viderat in alio mundo dicens: quod nullus pote-
rat euadere de inferno. nec saluari nisi per chris-
tum. et narrabat penas damnatorum et gloriam an-
gelorum que viderat propter quod multi iudei conuer-
tebantur ad christum. **I**deo principes. doctores. et
maiores tenuerunt consilium etc. **D**e quo dicit **J**ohannes
Collegerunt pontifices et pharisei consilium aduer-
sus iesum et dicebant. **Q**uid facimus. quia homo
multa signa facit. si dimittimus eum sic omnes
credent in eum. et venient romani et tollent locum
nostrum. et gentem. **U**nus autem ex ipsis **C**ayphas
nomine ait. vos nescitis quicquam. nec cogitatis quod
expedit vobis vt vnus moriatur homo pro populo:

et non tota gens pereat etc. **A** b illo ergo die cogi-
tauerunt vt interficerent eum. **J**oh. xj. **I**deo ecclesia
hodie incipit officium passionis christi. **S**ecunda
ratio est ex parte nostri. **N**otandum quod sancta mater
ecclesia fuerat diuersos et varios modos ad puocan-
dum peccatores ad penitentiam. **I**n dominica primi
ma puocat nos ad ieiunandum exemplo ieiunij
christi. **D**ominica secunda ad orandum exemplo mulie-
ris canance. **D**ñica tertia ad confitendum exemplo
illi demoniaci. **D**ñica quarta puocat nos ad pe-
nitentiam amore. ostendens nobis quod christus reficit et
profortat illos que sunt in deserto penite. **M**odo iam
nihil aliud restabat ad puocandum nos nisi pas-
sio christi de qua hodie incipit facere officium et ipse
reducit ad memoriam tam propter bonos et deuotos
que iam fuerunt confessi et ieiunauerunt per quos hebdo-
madas preteritas vt pseuerent foriter exemplo
christi. quasi diceret. **R**ecogitate eum que talem sus-
tinuit a peccatoribus aduersum semetipsum con-
tradictionem vt non fatigemini animis vestris de-
ficientes. **H**eb. xij. que etiam propter malos et im-
penitentes et in deuotos christianos qui nondum
fuerunt confessi nec ieiunauerunt. quasi dicit. mater
ecclesia **S**i exempla et officia preterita non poterunt
vos ad penitentiam puocare saltem modo atten-
datis ad minus ad christi passionem que pro nobis tan-
ta passus est. in cuius passione petre scisse sunt et
monumenta aperta sunt. **M**atth. xxvij. **Q**ui ergo
magis corda carnis in deuotorum debent scin-
di per contritionem. et monumenta. id est. corpora aperi-
ri per confessionem. et resurgere per penitentiam. **E**cce
rationes quare ista dominica dicitur de passione domini.
De ista benedicta passione christi ponunt et osten-
duntur sex conclusiones in sancto euangelio hodi-
erno que fuerunt disputate in dicta disputatione
inter christum et principes et doctores. **P**rima conclu-
sio quod benedicta passio fuit per christum portata in-
nocenter. **S**ecunda conclusio quod hec benedicta pas-
sio christi fuit per iudeos tractata malignose. **T**er-
tia conclusio quod fuit despecta enormiter. **Q**uarta
conclusio quod fuit nobis ordinata profectuose. **Q**ui-
ta conclusio quod fuit patribus sanctis demonstra-
ta figuraliter. **S**exta conclusio quod fuit a sancta tri-
nitate ordinata singulariter. **I**n his stat totum
euangelium. et de his erit sermo noster. **E**t de pri-
ma conclusione dicit thema. **Q**uis ex vobis etc.
Prima conclusio dicit quod hec benedicta passio chri-
sti fuit per christum portata innocenter. quia sine
culpa et sine peccato suo. quoniam christus semp
fuit sine peccato aliquo. non solum in quantum de-
us: sed in quantum homo etiam nunquam peccauit. nec corde
cogitando. nec ore loquendo. nec opere perpetrando.
Esa. liij. et j. **P**et. ij. **P**eccatum non fecit nec in-
uentus est dolus in ore eius. **D**e hoc facit euan-
gelium. **D**icit ihesus turbis iudeorum etc. scilicet principi-
bus doctoribus et phariseis populo. quis ex vobis
arguet me de peccato volens eis ostendere eorum